(1)-2

prior
Cum quetuſ ſciam priuſ multoſ penetralibuſ.
Mercennarioſ in domibuſ abundare panibuſ.
Reminiſcenſ quod benignuſ eſ atq; piiſſimuſ.
Pietate tua fiſuſ quamuiſ indigniſſimuſ.
Nomine ſerue miſelluſ filiique penituſ.
Aduolutuſ clamo tuiſ eiulanſ ueſtigiiſ.
mi
Pater peccaui meiſ cælum miſeriuſ.
Atque coram te delictiſ grauibuſ et nimiiſ.
Non ſum dignuſ dici tuuſ ſeruuſ nec dum filiuſ.
Sed iam iam digneriſ meuſ pater clementiſſimuſ.
Irac tare tuam benignuſ pietatem ciciuſ.
Eripe de portiſ mortiſ me pater amabiliſ.
Pereat ne tam iam ſuiſ plaſma meritiſ.
Abeſt paniſ adeſt famiſ peſtiſ miſerabiliſ.
Nemo panem habat ut te preter te altiſſime.
Quem nunc certe nos eſurire indignuſ percipere.
Sed gratuito largire tuptuſ hunc munere.
Saginatuſ eſt occiſuſ fratri meo uituluſ.
Qui fuit pereregrinatuſ a patre diutiuſ.
Cum multiſ luxuriatuſ miſer meretricibuſ.
Quia ad te ubi reuerſuſ fuit mendiciſſimuſ.
Conſumptiſ paterniſ rebuſ atq; boniſ omnibuſ.
Indigenſ ſimilli uincetuſ ſed carenſ hoc funditus.
Inopſ paniſ diuerſ famiſ ut eſt paniſ oculiſ.
A longe reſpectuſ priſtinuſ eſt donatuſ oſculiſ.
tu
Amplexanſ et benignuſ uehementer brachiiſ.
Aliud nil fuit ſeruuſ quod erret et filiuſ.
Euiſ ultra iam indignuſ ſeruuſ a fidelibuſ.
Prima ſtola eſt induruſ inde manu anuluſ.
Etſ confeſtim ſibi datur tegumenta pedib;.